

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Wulbrandus Adolphus Robbig ab Hallerspring Johannes Hollmann

**Disputatio Iuridica De Inventario Heredum,**

Rostoch: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735191646>

Druck Freier  Zugang



Aufzeichnung des Erben  
(Testament)

R U jur. 1658.

Wüldrau Adolf Robligius, Provo

Johannus Holmann, Rup.



2151.

3t  
10

DISPUTATIO JURIDICA  
De  
**INVENTARIO**  
**HEREDUM,**

*Quam*  
Adjutore DEO  
Consensu & Permissu

Nobilissimæ ac Amplissimæ Facultatis  
Juridicæ in celeberrima Rostochiensi  
Academia.

PRÆSIDE

**WULBRANDO-ADOLPHO**  
**ROBBIGIO, ab Hallerpring**  
J. U. C.

Eryditorum Censuræ subjicit

**JOHANNES Holman / Hervord. Westphæ**

Horis coniuetis  
ad diem 13. Martij



ROSTOCH, *W. B. zur Gedden*  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.  
ANNO MDCLVIII.

Al. 58

Disputatione Juridica  
INVENTARIO HEREDUM.

Motivisatio ac Ambituum Fecundatis  
In diebus incepimus Rostochiensi

WILBRANDO ADOLPHO  
Logistica de Disputatione  
I.G.C.


JOHANNES SCHMID HABUND WILBRI-

Habundus Schmidius Wilbundi

ea sunt 13 quatuor



Typis Heraclionis NICOLAI KILLI Accedit  
ANNO MDCLXII



# ADJUVANTE JOVA.

## Prae loquium.

**N**otum est ex jure Digestorum, quod ex suscep ta hereditate ad omnia onera hereditaria oriatur obligatio; quamvis vires hereditarias excedant l. 33. ff. solut. marr. l. 8. ff. de acq. vel amitt. hered. semel enim heres factus, ex postfacto ductus poenitentia heres esse non definit. l. 4. C. d. repud. vel abst. hered. Schneider. ad § Extraneis Inst. de hered. qualit. & differ. n. 4. Nam qui adit hereditatem, cum creditoribus defuncti, cuius personam representat Nov. 48. in pr. quasi contraxisse videtur l. 3. §. fin. ff. quib. ex caus. in pos. §. 5. Inst. de obl. quæ ex quasi contr. Hoc quia valde durum erat, majorem solvere, quam accepisse summam arg. l. 78. ff. de leg. 1. & l. 70. de leg. 2. Imo tanto sub jacere periculo, jus deliberandi, cui certa tempora praestitura sunt, introductum est, intra quæ ne quis ex precipitatâ deliberatione, cuius comes solet esse poenitentia, ex latenti ære alieno damno afficiatur; in vires hereditarias inquirere licitum est, an expedit adire potius hereditatem, nec ne. l. 2. ff. & l. 19. junct. l. fin. §. & hæc quidem C. de jure delib. Cum vero insuper deliberantes facillime impingere poterant, quippe cum hereditas saepissime ab initio lucrosa appareat, quæ postmodum satis onerosa adeuntibus contingit, quare etiam ab ipso Imp. Justiniano in §. 6. instit. de hered. qualit. &

A

differ

differ. & in l. fin. §. 14. C. de iur. delib. vetus gravamen dieitur, Idcirco  
deinde tutius & plenius beneficium inventarii superinductum est,  
quod ipsum & quissima & nobilissima constitutio dieitur in §. 5. & 6.  
*Inst. de hered. qualit.* & differ. quæ extat in l. fin. C. d. jur. delib. De  
cujus confectione & usu scriplerunt, ANGELUS de PERUSIO,  
FRANCISCUS de PROCELLINIS, GUIDO PA-  
PÆ, JOHANNES CORASIUS, ROLANDUS à VALLE,  
SEBASTIANUS MONTICULUS, PHANUCIUS  
de PHANUCIIS, & remissive plures alii Dd. quos vid.  
apud Becholdum in loc. comm. ad vocem Inventarii. Cujus  
Nobilitas & in foto quotidiano utilitas & nos, quædam de in-  
ventario breviter delinerare induxit, quod dum facimus, Divinam  
faventiam imploramus, ut nostro proposito velit assistere.

*Tb. I.*

*Etimolo-* Inventarium ab inveniendo dictum; puta quod res heredita-  
*gico.* riae in eo descriptæ reperiantur, per l. fin. C. arbitr. tutel. Hillig. in Do-  
*Definitio.* nell. lib. 7. c. 3. lit. D. aptè sic describi posse arbitramur, quod sit le-  
gitima rerum, tempore mortis defuncti, in hæreditate repertarum  
annotatio, & in scripturam redactio. Hanc descriptionem ex l.  
fin. C. d. jur. delib. tueri posse statuimus, cui etiam haud imme-  
rito hujus juris origo ascribitur, quæ à Dd. inter quinquaginta con-  
stitutiones novas Justiniani refertur, Salye. in l. in imponenda 6. C. ad  
L. Falcid. Phanuc. d. Phanuc. fol. 3. n. 7.

*Tb. II.*

Porrò inventarium vel respicit causam pupillarem, similiump  
personarum vel heredum; quod tutorem in annotandis rebus pu-  
pillarybus concernit, propriè dicitur descriptio bonorum seu reper-  
torium in l. 7. pr. ff. de administr. tutel. & l. 1. §. 3. de tutel. & ration.  
disfr. quod ita necessarium, est ut si tutor illud neglexerit, in dolum  
incidat a. l. 7. ad quod tamen nostram descriptionem non extendi-  
mus, sed quod heredes tangit, restringimus.

*Tb. III.*

*Causa* Cujus causa Efficiens remota proculdubio est Imp. Justinia-  
*effic. remor* nus. Hic enim saluberissimam hanc constitutionem ad removen-  
dam omnis fraudis & alienationis suspicionem & dubietatem no-  
vâ planè sanctione l. fin. C. d. jur. delib. in heredum favorem  
huma-

humanitatis ratione ductus, introduxit, quanvis per consequen-  
tiam etiam creditotibus prospicit. Proxima autem est ipse defuncti *Proxima*.  
heres, dummodo sit major 25. annis; alias enim gaudet restitutio-  
nis beneficio; & succedat in universum jus, quod defunctus ha-  
buit juxta l. 24. ff. d. V. S.

*Th. IV.*

Diximus *Thes. 2.* de ea inventarii specie nos acturos, quæ *Subiectum* concernit heredem, videndum igitur jam erit, qui illi sint, quibus conficiendi inventarii necessitas incumbit, ubi dicendum est, quod omnibus tam suis quam Extraneis, tam ex tabulis, quam ab intestato, tam de jure Civili, quam prætorio venientibus conductac uti ex l.  
fin. §. i. C. d. *jur. delib.* satis convincitur, & nihil refert directò an per obliquum heredes instituti sint; tam fiduciarius, quam fideicommissarius universalis sit. Nam contingere potest, ut tota hæreditas penes fiduciarium remaneat, vel ob conditionis fideicommissio adjectæ defecatum, vel si etiam fideicommissarius nolit eam sibi restituiri.

*Th. V.*

Ecclesiam etiam ex aditione hæreditatis rectè obligari posse statuimus, quamvis multi *Dd.* contrariam foveant sententiam, opinantes, illam ad onera de jure civili non obligari, ipsi tamen, si qua læsa reperiatur subveniri remedio restitutionis, quomodo vero hæc coherent, non videmus; Ideoq; rectius dicendum videtur, Ecclesiam non sentire aliquod incommodum, dummodo servet formam à lege præscriptam, quam etiam necessario servare tenetur, ut exinde satis constat. Quod exceptio non numerata pecunia non detur, nisi forma ejus debito modo sit custodita, adeoq; nec prospic Ecclesia, si illam intra biennium propone neglexerit c. si cautio X. d. fid. instr. & c. i. d. nov. oper. nunciat. Princeps quatenus adeundo hereditatem obligetur ad faciendum inventarium in conflictu videbimus.

*Th. VI.*

Sunt insuper quædam personæ ab hoc munere inventarii immunes, ut Legatarius & donatarius, hi enim Lucrum merum eapiunt, nec de ære elieno tenentur l. 36. ff. d. leg. 2. & l. 32. ff. mandati, nec sunt heredes, quia ex titulo speciali rem hæreditarianam nanciscuntur. Item pupillus, Furiosus, Fatuus & similes. Fiscus

A 2

quoq;

quoq; quatenus non succedit ut heres, sed in bona vacantia, quæ talia, omni ære alieno deducto, dicuntur. *I. ii. ff. d. jur. fisci.* Pater etiam ex *I. 6. §. 2 juncta I. fin. §. 4. in fin. C. d. bon quæ lib. excusat* tur à rationib<sup>s</sup> reddendis ideoq; & ab inventario solenni, non tamen à bonorum descriptione *Mynsing. obs. 93. Cent. 2. Rauchbar. part. i. quæst 39. n. 32. Arnold. Vinn. Select. jür quæst. I. 2. c. 16: in pr. Gozadin. Cons. 99. Boer. Decis. 61. Decius Conf. 249. n. 10.* Mater vero legi inventarii subiecta censemur *Carpz. p. 2. C. 10. D. 13. & C. ii. Def. 5. 137.* ut & Noverca, quod etiam de milite statuendum esse censemus per *Nov. i. c. 4. §. fin.*

### *Th. VII.*

**Objecum.** Materia circa quam inventarium versatur, sunt res omnes, quas defunctus tempore mortis habuit, tam corporales quam incorporeles, tam mobiles quam immobiles, etiam debita in nominibus, consistentia, cum instrumentis, quibus probantur Schulden/ und die darüber haltende brieffliche Urkunden Phanuc. de Phanuc. fol. 8. n. 62. & 63. Item res depositæ, commodatae vel pignori datæ per heredem inventario sunt inserendæ: quippe cum hereditate respectu harum rerum petitio hereditatis detur *I. 18. §. fin. juncta I. 19. in pr. ff. d. petit. hered.* Facit etiam quod hæ res dicantur in hereditate repartæ *I. 4. §. 1. in fin. ff. de adq. vel amitt. poss.* Agri vestigiales & Empliteutici cum eorum fructibus, qui post mortem accelerunt, tutius in inventario annotandi quam omittendi videntur. Quid vero dicendum sit queritur, si una vel plures res omissæ reperiantur, an in totum vitietur inventarium? Quod fiducilis non potest probari, negandum censemus, qui vero convictus reperitur, duplum restituere tenetur *d. l. fin. §. 10. d. jur. delib.* Hodie solet heres protestationem adnectere usitatissimam, quod cavarerit describi omnes res quas scivit esse defuncti, & si quæ omissæ in eo reperiantur, aut contingat alias reperiri, quam primum illud cognitum habuerit, velit eas apponere, & è contrario non apponendas appositas velit pro non scriptis haberi *Vvesenb. d. l. n. 13.*

### *Th. VIII.*

**Forma inventarii** est vel interna, vel externa. Interna consistit in ipsa annotatione rerum mortis tempore in hereditate repartarum, tum etiam in heredis, vel si scribere ignorat, tabellionis subscriptione *d. l. fin. §. 2.* Externa versatur circa quedam requisita

quisita, quorum (i.) in Legitimò; tum inchoationis quod est 30.  
dierum; tum perfectionis quod est 60. dierum; temporis termino  
est occupatum, nisi res alio loco sitæ sint, tunc enim totus an-  
nus conceditur *l. fin. §. 3. C. de jur. delib.* quod tempus à die sci-  
entiae currit, & ex apertura tabularum computari debet, uti con-  
stat *ex d. l. fin. §. 1. ibi. intra trium mensium spatium, ex quo ei co-*  
*gnitum fuerit.*

*Th. IX.*

Porro Secundum requisitum respicit personas, quæ vel sunt  
principales vel minus principales. Principales sunt inventarium  
facientes, ut ipse heres vel ejus procurator, præsertim si extra civi-  
tatem res sitæ sint *d. l. fin. §. 3. in fin.* Minus principales vero sunt,  
quibus præsentibus inventarium conficitur, ut Tabellio *d. l. fin. §. 2.*  
Cum vero solis tabulariis, quantum ad hoc, non creditur, insuper  
duo testes requiruntur, ubi enim numerus testium expresse non  
adjicitur duo sufficiunt *l. 12. ff. testib. Roland. à Valle part. 3. quæst. 18.*  
*de inventario* qui heredem cognoscant (quod hic in inventario spe-  
ciale est, in aliis enim actibus, ubi testes requiruntur, hoc non  
desideratur) & subscriptioni, à speciali tabellione ad hoc adhi-  
bito factæ, pro herede literarum ignaro intersint *d. §. 2. l. fin. vers.*  
*si ignarus.* Heres insuper in casum ubi scribere nescit venerabile  
signum crucis, ad excludendam omnem fraudis & occultationis  
suspicionem subscriptioni præponat, necesse habet *d. l. fin. §. 2. ubi*  
*Siehard. n. 26.* cuius tamen omissio, ut *levis solennitas, non vi-*  
*tiat totum actum.*

*Th. X.*

Ad conficiendum inventarium insuper requiritur à judice con-  
vocatio eorum, quorum interest, æque ac in aliis juris articulis  
*l. 47. ff. de re judic.* & *l. 39. ff. de adopt.* ut certo die & hora veniant,  
intersint & videant in choari prosequi, & perfici, inventarium.  
*Nov. 1. c. 2. §. 1.* hac comminatione quod ipsis non venientibus nihilo  
minus heres procedat ad inventarii confectionem. Si vero absue-  
rint, citari debent eorum amici *Auct. sed cum restatur C. ad L. falc.*  
quorum etiam si copia desit, addatur duobus prioribus tertius, ita  
ut in locum absentiae Legatariorum & Creditorum tres testes *Pac.*  
*in Analyse. ad Cod. hoc tit. n. 13. & Hahn. ad Vvesenb. Tit. de jur. delib.*

*43*

*eiusdem*

ejusdem civitatis, optimæ opinionis homines adsint greci univerſi-  
tate Biederleute / qui, facultatibus debent esse idonei, nov. i. c. 2. §. 1.  
quos judex pro sua discretione tales, vel minus, estimet Roland.  
et valle de invent. p. 3. qst. 27. n. 3.

*Tb. XI.*

Quamvis vero de jure civili res prædicto modo sese habeat  
attamen moribus nostris requisitæ de jure civili solennitates non  
ubivis locorum observantur, ideoq; inconfiendo inventario,  
Loci ubi conficitur à tabellione adhibenda est consuetudo *Jasor*  
*in d. l. fin. in pr. n. 5. in fin.* videmus / etenim quibusdam statutis  
locorum cautum, ut inventarium intra privatos parietes com-  
positum in judicium ab herede producatur, & in præsentia eo-  
rum, quorum interest jurejurando confirmetur. Jure Saxonico,  
etiam si non sit confectum inventarium, tamen hæres ultra vires  
hereditarias creditoribus non tenetur. *LandRecht lib. I. art. 6.*  
Wer das Erbe nimmet / sol zu recht die Schuld zahlen / als ferne  
das Erbe reicht vid. *Zobel in addit. Lit. a;* modo vires hereditatis  
jurato indicare non detractet. *Carpz. p. 3. C. 33. Defin. 18.* & in  
*Weichbild art. 26. col. 3.*

*Tb. XII.*

*Effectus*

Effectus inventarii sunt quam plures (1.) quod heres cum in-  
ventario, ultra vires hereditarias creditoribus ( quibus alias in so-  
lidum obstrictus fuisset, si inventarii confectionem neglexerit )  
non teneatur *d. l. fin. §. 4. & §. 6. Inst. de hered. qualit. & differ.* Ideoq;  
heres conventus ut solidum solvat tutus est exceptione inventarii  
peremptoria *Roland.* à *Valle de invent. p. 4. qst. 9. n. 1. & Franc. d. procell. c. 4.*  
*n. 9. (2) neq; perdat legis Falcidiæ beneficium d. l. fin. §. 4. (3) quod deduc-*  
*tat sumptus funeralis & quod in testamenti insinuationem &*  
*inventarii confectionem impenderit, modo se persolvisse probave-*  
*rit dict. l. fin. §. 9. non vero expensas litis ab herede factas, quæ qua-*  
*rebatur an sit heres nec ne. (4) quod heres à creditoribus, dum inven-*  
*tarium conficitur non possit nec coveniri nec molestari d. l. fin. §. 11. tunc*  
*n. rite utitur exceptione dilatoria (5) nec debeat ex interitu rerum he-*  
*reditiarum ullum sentire damnum d. l. fin. §. 4. ibi hereditatem sine*  
*periclo habeant & Nov. i. c. 2. §. 1. ibi homines exceptimus ex domino. (6)*  
Nec fluat ex aditione confecto inventario confusio, puta si heres de-  
functi sit creditor *d. l. fin. §. 9. hoc tamen casu confecto inventario heres*  
*credi-*

creditor non consequitur exinde prærogativam, ut prius suum creditum possit deducere, sed par est inter ipsum & creditores ratio Schnid. ad §. Extraneis Inst. de hered. qualit. & diff. n. 24. (7.) Operatur quoq; quod creditores res hereditarias in solutum accipere teneantur, nec heres ad res vendendas si pecunia non adsit, obligatus est d.l.fin. §. 5. Fachin.lib. 4 controv. c. 39. (8.) Item quod absq; periculo heres primo venientibus possit solvere, & sero venientes eum molestare non possint, saepius all. l.fin. §. 4. modo ignoraverit, alios tempore esse potiores, non fisciverit; tunc enim fuit in mala fide l. 41. ff. ad l. Falcid. Deniq; (9.) producit probationem, ita ut inter instrumenta publica referatur l.fin. vers. Sin autem C. arbit. tutel. & Carpz. p. 3. C. 33. Def. 8. n. 7. Creditori tamē facultas contra id probandi, sive per tormenta servorum sive in subsidium per sacramentū, exinde non adimitur d.l.fin. §. 10. C. de jur. delib.

### Th. XIII.

Inter affinia Inventarii haud incongrue referri possunt beneficium <sup>Affinia</sup> competentiæ: Qui enim illo beneficio munitus est, ultra quam facere potest creditoribus non tenetur. Jus retentionis quod etiam solidi executionem juxta intentionem agentis impedire. Item actio de peculio, qua conventus non in solidum sed peculiotenus saltem tenetur. Inventarium quoq; quod curatori bonorum facere incumbit secundum l. 1. §. 26. ff. de ventr. in poss. bon. mitt. Referimus deniq; inter affinia juratam specificationem bonorum, quæ de l. 8. non nisi deficiente inventario locum habet Carpz. p. 2. C. 11. Defin. 6.

### Th. XIV.

Ultimo loco contraria breviter pertractanda assumimus, inter quæ in genere dolum referimus, qui nemini prodefit sed obesse debet l. 22. in fin. ff. de re jud. l. 2. §. 2. ad SCT. Vell. ideoq; si legitimè probatus fuerit, in duplum heres tenetur d. l.fin. §. 10. ibi. Dd. insuperq; legis Falcidiæ beneficium amittit d. l.fin. §. 14. quod de jure ftorum in illa parte, quâ dolum commisit, locum habet. Item si heres non scriperit inventarium & hereditatem non repudiaverit in solidum tenebitur. In specie contrariam consuetudinem, qualis in Gallia observari dicitur. Vid. Guid. Pap. Decif. 330. Item judicis de omittendo ex justa causa decretum. Bartol. in l. 7. ff. de administ. tutel. n. 19. Mey. ad jus Lub. lib. 1. fol. 492.

Contraria

n. 9.

w. 9 Prohibicio etiam ipsius testatoris , huc pertinet, cum testamento  
cavere possit, quo min<sup>a</sup> hæres inventarii conficiat Carpz. p. 2. c. II. Def.  
Quod tamē in distincte verū non est. Deniq<sup>s</sup> corruit, si in forma ab  
ipso tabulario peccatum esse doceatur, etenim inventarium non legi-  
time confessum perinde habetur, ac si planè nullum sit factum arg.  
L. 6. ff. qui satisd. cog. quod tamen heredi minimè nocet vid. Hilig. ad De-  
nelli. lib. 7. c. 3. Lit. E. An etiam ob non factum inventarim liberi  
amittant legitimam in discursu videbimus. Hæc vero pro in-  
stituti ratione hac vice delibasse sufficient D. T. O. M.

sit laus & honor in sempiterna  
secula.



## COROLLARIA.

Aditio hereditatis interdum non est actus  
meræ facultatis.

2.

Heres extraneus post aditionem rectè fa-  
cit inventarium.

3.

In denunciatione novi operis, nunciatus in  
opere exstruendo statim pergere potest, dum-  
modo satisfactionem Offerat.

4.

Nulla est pugna inter l. fin. ff. de conduct.  
caus. dat. & l. 5. § 1. ff. de præscript. verb.

5.

Pater adoptans extraneus in filio adopti-  
vo an habeat potestatem queritur? Nos  
contra Affirmantem Neg. Contra Negantem  
Affirm.

§ (o) Sed

**H**ec ubi ROBBIGII moderamine timentata docta  
Eximiis ponis discutienda viris,  
**HOLLMANNE**, Aoniz pars ingeniosa palestræ,  
Arrider cœptis clara Rhodante tuis.  
Gratius haud quicquam sibi Patria protinus optat,  
Quam Te Musarum Culta vireta sequi.  
Macte piis cœptis, faveat, DEUS ipse labori  
Te Themis ad sumnum culmen Amice vehet.

amicitia ergo scribebat

**Heinricus Klosterman**/  
Herv. Westph.

**U**sus in incepto fert fructum fine paratum.,  
Qui merito summum dicitur esse decus:  
Intrepidus tam qui non conamine toto  
Quærit; Iners secum cor sine mente gerit.  
Sensibus ast aliis Te provida fata creatunt,  
Qui nōdos divæ solvere legis amas.  
Gratulor hoc cœptum, benedicat JOVA superne!  
Ut mage virescat fructus in hisce TIBI.

Quod rovet ex animo

**Samuel Hollmann**,  
patruelis H. W.

**O**ptima jura tulit Flos noster Justinianus:  
Hæres sit tutus, si sibi prospiciet  
Mandando tabulis scribi quæ quisq; reliquit  
Testaror, quoniam talia multa juvant;  
Falcidiam deducis enim modò dicta notabis;  
Hac ratione tibi commoda multa feres.

J. H. M.

L. W.

JOHAN-

Ad DN. Respondentem.  
**JOHANNES HOLMAN,**  
n<sup>o</sup>g<sup>r</sup> ἀναχρηπ: rejectis aspiratis  
**ANNO; NOLES IMA.**

**A**NNO, quo primum cepit nutricula Phœbi  
Rosea fraganti pascere corda thymos;  
IMA tu NOLES dicebam serpere terrā  
IMA te toller masculus ardor humo;  
Nam qui mente latet generosus fervor in IMA,  
Anno consurgit, nec latuisse potest:  
IMA sequi NOLES, id quod conamina monstrant,  
Summaq; transcedes, ima relinquis humo,  
Sublevat ingenium lursum se, provenit anno,  
Quam speras, studiis debita palma tuis:

His eu<sup>x</sup>agodias amore<sup>m</sup> testor  
**Engelbert Buschman;**  
Herv. Westph.

In nihilum prouersus citè, SI non summus JovAH  
Cæpta fOrent, hominis beNE-numine diceret Ori;  
Proptere A studio est DE vota mente colendus,  
Dirigat ut Nuru saudO incepitumq; secundet,  
His ego concludens (Nimium cAntasse subinde  
sumitur in pejus) nil HIL ac mea candida vota  
Fausti bujus cæptus finis quoq; profero, faxit!

Hoc gratulabundus DN. Respondenti,  
populari suo dilectissimo, apposuit

F. S.  
Hery.



M H L  
W A  
VAN  
HOLMAN






**H**ec ubi ROBBIGII moderamine  
Eximiis ponis discutiend  
HOLLMANNE, Aonia pars ing  
Arrider cœptis clara Rhodante  
Gratius haud quicquam sibi Patria protin  
Quam Te Musarum Culca vireta  
Macte piis cœptis, faveat, DEUS ipse la  
Te Themis ad summum culmen

**U**sus in incepto fert fructum sine pa  
Qui merito summum dicitur  
Intrepidus talen qui non conamine tot  
Quærerit; Iners secum cor sine me  
Sensibus ast alii Te provida fata creare  
Qui nōdos divae solvere legis am  
Gratulor hoc cœptum, benedicat JOVA  
Ut mage virescat fructus in hisce

**Q**uod ror  
Samu  
**O**ptima jura tulit Flos noster Justinianu  
Hæres sit tutus, si sibi prospic  
Mandando tabulis scribi quæ quisq; reliqui  
Testator, quoniam talia multa juv  
Falcidiam deducis enim modo dicta notab  
Hac ratione tibi commoda mule



M.  
OHAN.